Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26360
Copyright: Admont, Benediktinerstift

penarum. Egyptus quoque dat manum assyriis.
in saciëtatem ipsis. quando heretici soci
antur hereticis. ut se satient acquisiti
one decepti populi. Secundum iuxta hebraicam
ueritatem ecclesia lamentatur. quod et minis
tri altaris preterenis rebus dant manus
suas potentioribus; qui diuitiarum uel delic
tiarum tenebris obscurantur. Egyptus enim
tenebre interpretatur. uel assyrius. i. diri
gentibus. qui se scilicet ad omnia mundana
dirigunt. ut diuitiis affluant. hono
ribus excellant. quibus seruiunt minis
tri christi per caducis et transitoriis. et sic
luminaria mundi. tenebre fiunt. qui
manus ad sancta debent leuare et cum moyse
ad celum tendere ne fiant graues. Unde.
In noctibus extollite manus uestras in sancta.
Patres nostri peccauerunt et non sunt. et nos in
iquitates eorum portauimus. Hec secundum historiam. Patres
nostri id est Iudei iniquis patribus similes
maledicta legis inter se traxerunt. quasi
importabile iugum. nolentes christum re
recipere. qui iugum uenerat legis auferre.